FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Disputatio Inauguralis De Apostasia A Lutheranismo Ad Papismum Æternum Extiosa

Mayer, Johann Friedrich

Gryphiswaldiæ, [1711?]

VD18 90819527

Vorwort

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-201726

Visual Library

I. N. I. A.

PROOEMIUM.

V*lx, opinor, quis triſtiſſimam temporum noſtrorum faciem felicius & ad vivum quaſi expreſſit, quam magnus ille gentium Doctor, ipſisſimis Spiritus S. iisque clariſſimis verbis in tabula velut depictam exhibens*, 1. Tim IV. 1. 2. Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων. *Nolo nunc ſingulis ſacri hujus vaticinii vocibus prolixe enodandis immorari, præſertim cum ipſe Apoſtolus, ſe exertum quaſi digitum ad poſtremam hanc, qua vivimus, mundi ætatem intendere, haud obſcure innuat, dum ait:* ὑστέροις καιροῖς; *quæ etſi ſtylo Spiritui S. familiari totum illud tempus denotent, quod ab aſcenſione CHRISTI ad glorioſum ejusdem reditum decurrit ceu patet ex* 1. Joh. II. 18. *idipſum tamen in ſuas quaſi partes & veluti quadrantes ſubdividitur, ita ut hoc loco per* poſteriora tempora *intelligatur ætas ab Apoſtolorum tempore paulo remotior & ad finem mundi vergens, ut cum* B. HUNNIO *loqvar* Comment. ad h. l. *Freqventisſimum autem in ultima iſta mundi fæce* ἀποστασίας *crimen futurum dicit, cujus non modo formam, ſed cauſam qvoqve mediam ſeu Organicam exprimit ſcil.* πνεύματα πλάνα *ſpiritus errantes, i. e. falſos Doctores, ſpirituum nomine alias inſignitos*, 1. Joh. IV. 1. *qvi doctrinis dæmoniorum ſeu diabolicis & mendaciis, qvorum impietatem larvâ qvadam externæ ſanctimoniæ & fictæ ſeu ſimulatæ pietatis tegant, imperitis imponant & miſeros Apoſtatas una ſecum in exitium rapiant æternum. Certe non ovum ovo magis ſimile, qvam Apoſtolico huic effato noſtra reſpondeant tempora Qvotusqvisqve enim rerum ſuperioribus ſeculis geſtarum adeo hoſpes eſt, qvi illa Apoſtatarum feracisſima fuiſſe ignoret.*

Franckesche Stiftungen zu Halle

Innumera proh! ſuppetunt exempla, non eorum modo, qui ex infima plebe; ſed quod magis deplorandum, ex ordine Principum perſonarum ſunt, tantoque majus apud ſimplices ſcandalum pariunt, quanto in illuſtriori dignitatis gradu ſunt conſtituti. Sed quid dicam de iis, qui ſacris profanisque literis imbuti, gradu præ illis majori cognitionis gaudent? & tamen eo ſtultitiæ ſe abripi ſunt paſſi, ut agnitam doctrinæ Evangelico Lutheranæ veritatem abnegarint atque ita non modo infamem nominibus ſuis Apoſtaſiæ maculam attraxeruut, ſed conſcientiis etiam ſtigmata æternum pœnitenda, nec vel ipſo infernali igne delenda inuſſerint. Certe tantus illorum numerus eſt, ut jam pridem Thraſones illi Pontificii non levem inde gloriandi captaverint occaſionem & huic, licet admodum ficulneo, fundamento veritatem doctrinæ ſuæ ſuperſtruxerint. Vide præ ceteris Jeſuitam MARCUM SCHÖNEMANNUM *in Armamentario quod vocat Catholico* p. 53. ſeq *prolixum Apoſtatarum tam genere illuſtrium quam eruditione clariſſimorum Catalogum nectentem, digne tamen exceptum à* B. CASP. SAGITTAR. *nec non à* Magnifico hujus Diſſertationis PRÆSIDE, *Theologo s. t. adhuc juvene, armis, quibus inſtructus erat, leviſſimis plane exutum, ceu Scripta ejus Polemica Anti-Pontificia teſtantur junctim uno Volumine ſub Tit. Bellorum Domini Witteb. 1685. 8. edita. Dignum ergo* SUMME REV. THEOLOGORUM ORDO *Argumentum illud*, de Apoſtaſia à Lutheraniſmo ad Papiſmum æternum exitioſa, *judicavit, quod loco Diſſertationis Inauguralis penitius excuterem ſimul & in genuinas defectionis plerorumque Apoſtatarum cauſas inquirerem, omnemq; adeo gloriandi materiam Pontificiis eriperem. Quo in labore ut individua ſua Ductor ille veritatis mihi adſit gratia, Sanctiſſimum Numen ſupplicibus & ad vulnera JESU CHRISTI adſtrictis veneror precibus.* Sanctifica me, Sancte Pater, in Veritate Tua, Verbum Tuum eſt Veritas. Amen.

§. I. Ordi-